

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Perfectio c cum fonte primo

Si uis perfectus esse,

tu qui perfectum te esse pollicitus es?

Quid aliud quam perfectam sectatus es uitam? Perfectus autem seruus Christi nihil preter Christum habet, aut si preter Christum habet, perfectus non est; et si perfectus non est, cum se perfectum Deo sit pollicitus ante mentitus est. Os autem quod mentitur occidit animam.

Igitur ut concludam, si perfectus es, cur bona paterna desideras? Si perfectus non es, Dominum fefellisti.

Ieronymus in epistola ad Theodorum monachum.

dominum ausculta dicentem:

si uis perfectus esse,
uade, uende omnia tua et da
pauperibus et ueni, sequere me
(Matt. 19:21).

tu autem perfectum te esse pollicitus es.
nam cum derelicta militia castrasti te
propter regnum caelorum,
quid aliud quam perfectam sectatus es
uitam? perfectus autem seruus Christi
nihil praeter Christum habet aut, si
praeter Christum habet, perfectus non
est. et si perfectus non est, cum se
perfectum deo fore pollicitus sit, ante
mentitus est. os autem, quod
mentitur, occidit animam
(Sap. 1:11).

igitur, ut concludam, si perfectus es, cur
bona paterna desideras? si perfectus non
es, dominum fefellisti.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*, 14,
6, 4-5 (CSEL 54, I. Hilberg ed., p.53,
ll.3-14).